

Dicitur de monachis in monasteriis  
In loco vocato Lat. ex ea quae non  
in corpore mortali quedas ex animo expununt  
in corpore mortali facilitant per discere rem divinam  
occultum. Tunc autem facilius etiam  
revenientia dicitur. Ite ergo

Si dicitur. Nonne ista ad noticiam demonum  
per nonnullam et exprimita optime est. Sed utrum  
signa quedam dent ex corpore cogitatum  
illis sensibili non sicut latencia an alia visi  
tia uali ista cognoscant. A difficultate per ab  
bonib[us] a omnino non potest inueniri.

Verum dicitur. Nonne ista sororilegat diuinum h[ab]i  
cessare noluerit ex tempore multa di  
siderit. rone et auctoritate probatur.  
Quod autem sororilegat diuinum h[ab]i  
cessare noluerit ex tempore multa di  
siderit. rone et auctoritate probatur.  
Et enim quod d[icitur] genus cultu  
re per dolos ex demoni consultacionibus futu  
ra proponitur. Dicit enim auaritus quod cultus deo  
debitum numero impendit ydoloz cultor ab  
aposto no[n] i[n]atur. sic illi qui futura que ex deo  
pro aculo non unquam reuelata inueniuntur  
vel demoni consultacione vel quibuslibet p[ro]fes  
sionis inuenire laborant. diuinitatis uincula  
atris attribuit. futura enim prescire solius  
debet. qui in sui cuncte placione etiam angelos

Tunc dicitur. Quis s[an]ctus ep[iscopu]s.  
consultatione. ota pro  
solo filio  
unri siue  
niciat ar  
mon siue  
mon. sic p[ro]p  
er invoca  
tione pu  
tatur qui  
ocat de  
cimi ad  
dicium

Si capitulo. xxx. Dicitur

Xviij. Imperiale  
On oportet  
sacris officiis de dictis  
sacerdos vel incantatores existent  
lateria quam suaz vicinali  
aut quod talibus rebus videntur pro  
missimus. Ite ex officio tolle  
p[ro]positio. xxx. Dicitur

Dicitur. quis genus aurum  
ep[iscopu]s aut presbiter a diaconi  
libet de ordinibus clericorum an  
cantatores a ariolos a cite aug  
ustinos vel quod patitur arte ma  
eo et filia exercetes consilios  
suerit. ab honore dignitatis  
monasterij cura recipiat. ibique p[ro]  
mte de dictis scelus admissus sa  
uat. Ite ex agathensi officio

IX. B. 5. 315.

45.

Sbd

~~D. April 18~~

~~XXVIII. 9. 00~~

A. R. Stein Eilenburg. 9. October. 1670.

5.  
2

S O L O F A V E N T E D E O  
**SIGISMUNDUS**  
FINCKELTHAUS  
U. J. D. & Facultatis Juridicæ  
**ORDINARIUS.**


Lectori benevolo, cum debitâ honoris præfatione,  
salutem precatur.

*Anno reparatæ salutis M. DC. XXXVI.*

*L I P S I Æ,*

---

Typis hæred. FRIDERICI LANCKISCH.





*Ulris Saxonici Processum* in hoc Elec-  
 toratu sub D. Electore Augusto an-  
 no 1572. primūm feliciter efforma-  
 tum, postea verò sub Electore nostro  
 Serenissimo anno 1622. pleniùs illu-  
 stratum, felicissimeq; absolutum, quoties oculis atq;  
 animo subjicio: Toties non possum non duorū Se-  
 renissimorum *Electorum* in hoc negotio suscipien-  
 do justitiæ zelum venerari, & *Jureconsultorum* glo-  
 riosissimorum tām doctrinā quām experientiā  
 præpollentium in eodem solerter confecto modis  
 omnibus deprædare dexteritatem. Neq; enim pro  
*Judicibus* & *Collegiis Juridicis* promptius aliquod  
 in concipiendis Decretis atq; Sententiis nobiliusq;  
 in pronunciando adjumentum, pro *Advocatis* &  
 què egregium in causis agendis laborum subleva-  
 mentum, pro *Clientibus* in Processus maturatione,  
 inq; sumtuum erogatione minuendā viam com-  
 pendiosiorem usquam animadverto. Hinc non  
 tantūm toti Electoratui, sed & Lipsiæ, patriæ meæ,  
 tot judiciis atq; *Collegiis*, *Curiâ* nimirum *Provin-  
 ciali*, *Consistorio Electorali*, *Facultate Juridicâ* &  
*Scabinatu*, præ multis aliis civitatibus divinitus  
 dotatae, sæpius soleo de Processu tām eleganter, tām

A 2

nervo-

nervosē, tām succinētē adornatō animitus congratulari.

Quæ ut melius pateant, intueatur modò quis Cameræ Spirensis, aliorumq; Protribunalium ordinationes, Recessus, quasq; vocant Reformationes, easq; cum Saxonico hujus Electoratus Processu diligentius aliquanto conferat: Et stupescet. Nimirum, (ut verbo omnia dicam,) quā ibi causarum patronis & litigatoribus protelationum dari intelliget ansam latissimam, h̄ic in præfinito litium abbreviandarum modo ad amissim elaborato penitus præcisam deprehendet. Ex compluribus potiora summatim delibare liceat.

In foro Imperii, & locis etiam viciniis, ubi secundum ordinationē Cameræ proceditur, Si, ut ab ingressu litis incipiam, LIBELLUS offertur, is articulatus est. Si in Electoratu Saxoniae, ex peculiari Constitutione, simplex est, propositionem ex jure, assumptionem ex continuâ facti seriè, & conclusionem ex voto Actoris breviter & perspicue continens. Articulatā namq; disputatione, ut ait Viglius, s̄epissimè intricatur magis quam extricatur negotium, & difficilius perspicitur, quis totius causæ status sit, quæ quæstio principalis, quæ accessoria.

In progressu litis, apud exterorū JURAMENTUM Calumniæ generale in omnilité, tām ab A-  
ctorē

7.

etore cum libello, quam à Reo cum responsione, sed  
& ab ipsorum Advocatis præstandum est. In foro  
Saxonico satius visum fuit hoc jurandum peni-  
tus abrogare: Tum ne Clientes quidam religiosio-  
res causam quandoq; potius missam facere, & cum  
fannione Terentiano creditum perdere, quin & Ad-  
vocatorum nonnulli à foro abstinere poti⁹, quam  
totjuramentorum mæandris, referente ac compro-  
bante Vesenbeccio, implicari malint: Tum ne sin-  
guli horum tot perjuriis sæpius involvantur dete-  
standis. Ob quam vel solam rationem hoc jura-  
mento in foro abstinendum, ne multorum in auri-  
bus resonet Procuratoris illius, ut alibi recenset po-  
litissimus Besoldus, in agone mortis sæpius iterata  
querela: *O juramentum calumniæ!*

In ipsa LITIS CONTESTATIONE vide-  
mus ab exteris Advocatis libellum, exceptiones, re-  
plicas, duplicas, &c. ipsamq; litis contestationem in  
scriptis Judici offerri, omnia è domo & bibliothecâ  
instructâ produci, & tamen sæpè confusè tractari,  
plaustra allegationum onerari, eosq; adeò in leví  
atq; exili arguento nonnunquam operoso cona-  
mine pervagari. Sed horum servorem sapientissi-  
mus Princeps Augustus jam olim repressit, saluber-  
rimè constituens, ut non nisi vivâ voce Advocati,  
non tantum libellum, atq; exceptiones tam dilato-

rias quām p̄emotorias, sed & ipsam litis contestationem extra bibliothecam ad calatum dictare cogantur, nisi jacturam ferre malint expensarum.

*Fervente Processu*, antequam Advocati exteri ad probationes deveniunt, solent post litis contestationem ex Jure Canonico & usū longævo apud ipsos recepto, *POSITIONES* quasdam formare, medio *juramento*, ut loquuntur, *dandorum*, ad quas adversarius iterum medio *juramento respondendorum* categoricè respondere cogitur. Adeoq; differentiam constituunt inter *Positiones* & *Articulos*. *Illas* enim præmittunt, ut per confessio-nem Rei veritas ab ipso eliciatur, & actor ab one-re probandi relevetur: *Hos* verò demum datis responseibus proferunt, ut à reo negata per testes vel Instrumenta probent.

Verūm & hæ *Positiones à foro nostro cum juramentis* eò spectantibus recesserunt. Siquidem in Constitutionibus & Ordinationibus Electoralibus prudentissimè constitutum est, ut statim *in ipsâ litis contestatione* Reus ad omnia & singula Facti, qualitatum, & circumstantiarum membra in narratione & conclusione libelli contenta, expressè, perspicue & specificè, sine ulla appendice *respondeat*, & quæ vera concedat, quæ falsa asserat, proloquatur. Quæ ipsa clara atq; aperta responsio

sponsio finem Positionum omnino adsequitur, ut ita non tantum facilior Positionum jactura sit, alio sublevata æquipollenti, sed & hac ratione modus abbreviandæ litis *in foro nostro* perspici possit singularis.

**A R T I C U L I P R O B A T O R I I** *exteris* Cancellariis & judiciis post litis contestationem exhibiti, non omnes simul manifestantur Reo, sed eorum quidam, nî fallor, studiô quandoq; reticentur. Illorum igitur mox *correctionales*, sic namq; eos nominant, mox *additionales*, paulò pòst *additionalem additionales* subnectuntur, quos omnes & singulos dum actor cerebro exsculpit, & luxuriosè polire laborat, ad oblationem ipsorum prorogationem petit, urget, & prorogationis prorogationem impetrat, fretus tutissimo juris communis auxilio, quo terminus probatorius arbitrio Judicis relinquitur, qui modò causæ qualitatem, modò personæ dignitatem, modò locorum distantias, modò probationum difficultates considerando, spatiū indulgere solet latissimum. In *Electoratu verò Saxonico* *Terminus certus probatorius*, sex nempè septimanarum & trium dierum, præfixus est, qui ob id *Peremtorius* dicitur, quod omniū aliarum probationum sit *exclusivus*. Et hoc termino elapso nemo amplius ad probandum admitti-

mittitur: Sicuti quoq; in Ordinatione Processus novissimâ *Additionales* articuli omnes cum combinatione severâ removentur atq; abrogantur.

**I N T E R R O G A T O R I A** porrò alibi conficiuntur non tantum *specialia* ad singulos articulos in specie directa, sed & *generalia*, quæ præliminaria ad causam appellantur: *Illa & Nos* in Electoratu Saxonico non immeritò retinemus. Sic enim à Testibus cautius deponitur, sic articulorum falsitas faciliter animadvertisatur, sic etiam, si Scientiæ ratio nulla reddatur, nihil actum fuisse, liquidò apparet. *Hæc* verò Judex, etiam parte non opponente, rejicere potest, aut ad minimum in judicando non attendere debet. Constat siquidem, quod hujusmodi præliminaria interrogatoria ad Causam, in probationum ventilationibus varias disputationes & confusiones causari soleant atq; excitare.

*Vergente Processu, post ATTESTATIONES publicatas solent Advocati extra Electoratum per aliquot annorum circumvolutiones super attestacionibus disputare: Cùm & hîc terminus certus jure communi non præfinitus in mero judicis arbitrio refedeat, licitumq; sit partibus litigantibus per scripta quamplurima digladiari. Quibus idcirco coniulit Adamus Kellerus, ut scripto probatio re-*

rio renuncient. Quod nec improbat *Rutgerus Ruland*, eò quod nemo rectius jus ad factum accommodare queat, quām non partialis, ut ipse loquitur, judex. Judicium tamen hīc adhibendum esse, *Cas̄p. Guilielmus Scipio* graviter monet. Sed & huic malo atq; fluctuationi tūm Interpretum tūm Advocatorum abundē *in foro nostro* provisum est: Judex namq; *Jure Saxonico*, copiam facit litigantibus attestationum publicatarum, *certumq; tempus*, puta, ad summum *Duo s Menses* iis præscribit, ita ut uterq; tām actor quām reus jus suum binis positionibus alternis, puta Exceptione & Replicatione, Duplicatione, atq; Triplicatione, (ulterius enim scriptum nullum admittitur,) spatio sex septimanarum & trium dierum deducere, concludere, & Judicis sententiæ definitivæ se submittere jubeatur.

*Sub exitulitis & processus*, latā Sententiā definitivā, non tantūm APPELLATIONIS remedio exteri Advocati utuntur, sed & REDUCTIONEM ad arbitrium Boni Viri, tanquam actum executionis suspensivum, sibi concedi petunt, modò ad SUPPLICATIONIS beneficium prosiliunt, modò ad Remedium QUERELAE (quam à supplicatione separatam esse tradunt, ut pluribus ostendit *Frid. Hiltropius*) configere solent, sed &

B

insu-

insuper REVISIONIS auctorum, atq; NULLITATIS judicium ipsis superesse contendunt. Quamvis autem negari nequeat, etiam in hoc Electoratu, litigatoribus tūm Appellationis, tūm Leuterationis, sed & certis casibus Oberleuterationis, quandoq; & Nullitatis remedium indulgeri: Ultimum tamen ægrè, & sub certâ mulctâ in succumbentem expressâ admittitur: Cætera verò tanquam superflua rectè in foro nostro Saxonico semper rejecta sunt. An non enim per media leuterationis & appellationis, si in primâ fortè instantiâ perpetram judicatum, & in sententiâ erratum fuerit, facile error iste absq; Revisione, Reductione, Supplicatione, Querelâ aliâ corrigi & parti lœsa succurri potest? An non, si hæc superiora remedia omnia admitterentur, lites forent immortales? An non etiam, cùm ordinaria adsint media, illis extraordinariis locus merito denegandus est? Quemadmodum eleganter & nervosè Serenissimus Elector Saxoniae in prædictâ Ordinatione Processus novissimâ fancivit.

Ex quibus omnibus, ut alia consultò taceam, abundè satis constare arbitror, Processum Juris Saxonicum alios aliarum regionum multò antecellere. Per hunc namq; Tempori in toto processu consulituñ: Per hunc sumtibus clientum parcitur:

Per

Per hunc *laboribus* Advocatorum succurritur : Per hunc *prolixitas*, quæ legibus inimica est, evitatur : Per hunc judex non incerto, sed *stato fixo*, termino ut plurimum innititur, & ferè non nisi, quoad processum præscripta exequitur : Per hunc *lis tota celeriore cursu* exitum sortitur. Atq; ita hac Processus maturâ expeditione, non *Partium* tantùm utilitas, sed &, Everardo à VVeibe, Pruckmanno, & Kellero signanter attestantibus, ipsius *Reipublicæ* tranquillitas gravissimè sustinetur. Ut proinde *Ventura de Valentius* rectè cum nonnullis aliis miretur, & execretur *morem* quorundam Judicium, acta ad Academias plerunq; remotiores transmittentium, quæ aut jura provincialia, aut certè stylum & processum Curiæ ignorare solent, ita ut sæpius non solummodò sententiæ ordinationibus patriis contrariæ, sed & ferè ridiculæ pronuncientur.

Atq; hanc ob causam etiam in hac laudatissimâ florentissimâq; Academiâ receptum est, ut à Professoribus Juris publicis post insignes *titulos de Verb. Signif. & Reg. Juris*, & aureum *Institutionum libellum*, non tantùm aliquot aliæ præcipuæ jurium materiæ studiosissimis Juvenibus publicè explicentur, Nimirum ex *Digestis*, *Contractu*:

B 2

Eò

Eò quod nulla vitæ pars iis carere possit: *Ex Codice, ultimarum voluntatum*: Eò quod de iis quotidiè in Scholis & foro variæ quæstiones pertractentur: Sed & *Processus ex Jure Canonico* enucleetur, quodq; Juri Canonico deest, ex *Jure Saxonico, Constitutionibus Electoralibus*, novissimâ ordinatione judiciariâ, ut & ex *stylo* introducto, nec non juris Saxonici *Interpretibus* probatissimis suppleatur, declaretur, ubiq; usus & praxis iis, qui studiorum fiduciam habentes, jamjam Clientibus operas suas offere volunt, dexterimè ostendatur. Saluberrimo namq; Consilio Saxonici quidâ monent Interpp: Etiam *studiosos ad forum ducendos esse*, ut quid ibi rerum geratur, aspectu percipient, antequâ vel Reipublicę gubernacula tractare, vel ad forensia negotia accedere incipient. *Turpe enim est, & inconveniens, Doctorem à scribis discere debere*, quod alicubi dixisse fertur *Freigius*, & refert *Besoldus*.

Hæc fuerunt hoc tempore commemoranda, quô potissimum in *Professione, Juri Canonico* atq; *Processui* tractando destinatâ, mutatio in hac Academiâ contigit insignis. Fuit enim hoc anno Facultas Juridica capite suo orbata. Nimirum è vivis excessit, & ad sedes Beatorum die 13. Januarii superiore secessit Magnificus, Nobilissimus, Reverendus, Amplissimus ac Consultissimus Vir, Dn. Franciscus

scus Romanus, Jctus celeberrimus, Serenissimi E-  
lectoris Saxoniæ Consiliarius eminentissimus, Cu-  
riæ Provincialis supremæ Adseffor primarius, Fa-  
cultatis Juridicæ Ordinarius meritissimus, Canoni-  
cus Martisburgensis, Decretalium Professor publi-  
cus, Academiæ Decemvir, & Nationis Saxonice Se-  
nior. Cum qua *Ordinariatus* functione extinctâ,  
*Juris* quoq; *Canonici* & simul *Processus* vacare cœ-  
pit *professio*.

Cum autem, *Solo Favente Deo*, Serenissimus  
& Potentissimus Princeps ac Dn. Dn. *Johannes*  
*Georgius* Dux Saxoniæ Juliæ Cliviæ & Montium,  
Sacri Romani Imperii Archimarschallus & *Ele-*  
*ctor*, Landgravius Thuringiæ, Marchio Misniæ nec  
non Superioris ac Inferioris Lusatiaæ, Burggravius  
Magdeburgensis, Comes Marchiæ & Ravensperge,  
Dominus in *Ravenstein*/Doming meus clemen-  
tissimus, officium hoc *Ordinariatus* die 26. Maii  
proxime præterito, solennibus omnibus rite pera-  
ctis, mihi indigno clementissime obtulerit, atq; com-  
mendarit, nec non superiore die 12. Augusti hanc  
ipsam *Juris Canonici* atq; *Processus Professionem*  
fidei meæ crediderit: omnino mearum partium  
existimavi, ut hanc mihi demandatam provin-  
ciam, pro modulo ingenii atq; virium mearum ala-  
cri industriâ, debitâq; fide administrandam *undev*

*ad eam* & *ad meum* aggrederer, persuasum mihi habens:  
Hic quoq; ocioso esse non licere. In quâ etiam,  
postquam tribus Professionibus ab anno 1616. &  
ita ad annos viginti completos defunctus sum, mi-  
hi tandem consenescendum erit.

Tu verò *Deus O. M.* propositum hoc meum  
tùm ad divini *nominis tui* gloriam, ad quam o-  
mnia studia nostra conferenda, tūm in *Reipublicæ*  
*literariæ* emolumentum, in cuius gratiam omnes  
labores nostri suscipiendi, in pace diu exoptatâ, cle-  
mentissimè dirige, promove, comple.

At vos, *studiosi jurium lectissimi*, vestrum  
quoq; facite officium, pristinum discendi fervo-  
rem, quem in superioribus Professionibus meis  
non perfuctorium intellexi, ad hanc quoq; su-  
premam adferte, in eodem perseverate, proficite.  
Ne autem *morem* à majoribus nostris acceptum,  
laudabilem atq; utilem violare videar, qui est, ut  
sub primordio Professionis publicæ novæ *Oratio*  
quædam *inauguralis* præmittatur: Decrevi ad diem  
*Mercurii proximum*, Mensis hujus ultimum, post  
preces *statim* matutinas in auditorio Collegii ma-  
joris *Thema* quoddam, honoratissimo, quem ex-  
opto, Confessui atq; Conventui fortè non ingra-  
tum, proponere atq; exponere:

Dicam

Dicam nempè de *Collegiorum Juridicorum origine, auctoritate, officio, atq; utilitate*: Eâq; quâ fieri potest, brevitate dicam.

Eum potissimum in finem, ut honestum de *Facultatibus & Collegiis Juridicis* judicium apud multos excitem, apud plures confirmem, meipsum ad muneric mei functionem illibatè exercendam instigem, *Collegas* meos tūm futuros, tūm præsentes ad eandem provinciam, pro ut hactenus fecerunt, ita & in posterum strenuè subeundam, partim adhorter, partim informem: Declaraturus *insuper Jurium cultoribus*, ut & aliis, si qui benevolam mihi aurium operam concessuri sunt, *die sequente Jovis*, horâ & loco consuetis orationis peculiari,

*Quid de Jure Canonicō sentiendum, & quæ ejus sit auctoritas, quæ utilitas.*

Ut hoc generali fundamento benè jacto, ad cætera, quæ specialiter explicanda venient, progressus fiat felicior, firmior, expeditior.

Magnificum itaq; Dn. *Rectorem*, reliquarum trium Facultatum *Decanos, & Doctores*, omniūq; ordinum ac dignitatum in hac *Academiâ & urbe viros* gravissimos, Nobilissimos etiam atq; ornatisimos *jurium studiosos*, ut & *alios politissimos literatisimosq; juvenes* observanter, officiosè atq; amanter

manter rogatos benevoleq; invitatos cupio, ut in  
*Jurisprudentiae* honorem, in *Collegiorum Juridi-*  
*corum* amorem, inq; *mei ipsius* benevolentiam atq;  
favorem, orationi huic meæ frequentes adesse non  
dedignentur. Operam dabo diligentem, ne horu-  
la prædicta tædium pariat, aut in audiendo fasti-  
dium ipsis excitetur ingratum.

Atq; sic vos omnes, quos promptissimè adfutu-  
ros spero, omnia vicissim à me humanitatis offi-  
cia lubentissima accipite, sic omnes felicissimè  
valete. Propof. Lipsiæ die 28. Augusti, Anno  
Salvatoris nostri Jesu Chri-  
sti 1636.



153989



R VD 17

I quibus  
mītis p̄bi  
litterie oī-  
cūntur car-  
te in quib⁹  
con tinen-  
tur in can-  
tacōnes.  
Si  
dūcūt  
nācōnes.  
mītēmos  
suas. s. m.  
legem iſtā  
nō cōrēmāt,  
sed ille in  
cūtis dō-  
mo h̄ec f̄  
unt post  
publica-  
cōnēm bo-  
noꝝ in ex-  
iliū mī-  
tetur. ut. C.  
z maleſi-  
nullus. ac.

On  
licet  
at. Ap̄ter  
segetes.  
nunquid  
ergo hic  
rep̄hendi-  
tur astro-  
nomiā  
p̄p̄t. sc̄iatis v̄cūtūs  
at. s. m. p̄dīcūt  
atq; in  
cultores suos p̄dīcūt  
autētūtatis amit-  
tant. id agūt vt inter p̄tib⁹ suis signoꝝ  
q; suoꝝ die etorib⁹ cu lpa tribuar̄ qn ipi-  
mali decepti fuerint vel metti. Nō om̄q; q  
vello ip̄sī maliḡm spūs et illusōres hom̄  
atq; in uasōres salutis corꝝ solēt p̄dice-  
re delectū culture sue et p̄doloz ruīnam  
quatūmis p̄scī vīdeātur qd in singlis re-  
gīnis à locis vētūrūs et qd aduerſi sue fa-  
ctōm dītingere possit. qd etiā illi q gēnū  
histōrias legūt nō ignorāt. Quid ergo  
mirā si iam mininētē tēploꝝ q simulatio  
rūp̄neuerſhōe quā ap̄b̄ḡ dei similitāto an-

On  
licet  
at. Ap̄ter  
segetes.  
nunquid  
ergo hic  
rep̄hendi-  
tur astro-  
nomiā  
p̄p̄t. sc̄iatis v̄cūtūs  
at. s. m. p̄dīcūt  
atq; in  
cultores suos p̄dīcūt  
autētūtatis amit-  
tant. id agūt vt inter p̄tib⁹ suis signoꝝ  
q; suoꝝ die etorib⁹ cu lpa tribuar̄ qn ipi-  
mali decepti fuerint vel metti. Nō om̄q; q  
vello ip̄sī maliḡm spūs et illusōres hom̄  
atq; in uasōres salutis corꝝ solēt p̄dice-  
re delectū culture sue et p̄doloz ruīnam  
quatūmis p̄scī vīdeātur qd in singlis re-  
gīnis à locis vētūrūs et qd aduerſi sue fa-  
ctōm dītingere possit. qd etiā illi q gēnū  
histōrias legūt nō ignorāt. Quid ergo  
mirā si iam mininētē tēploꝝ q simulatio

illa p̄ture facit. Vnde  
et nouissima amūtate in  
estis. Cultores vero p̄dolos  
mūtione spandi sūt. Sp̄na  
ad coīthios. si q̄s frat̄ fo-  
rus aut p̄dolis fr̄nes tu et  
bū sumere. / Hinc et in o-  
mī humoris legūt.  
**D**uos annūsp̄ces vel mītētūs.  
¶ quis ariolos arūsp̄  
res obſtu augrit à phi-  
nus fuerit anathēma sit.  
ritano oculio. ca. xxxim. Q.

Vñ diūmācōes expet-  
um subſecūtūr. uel in domo  
vñ hoīes introducunt exq; rī  
magica à expiādī cā sub re-  
ciareat scđm Gladus pēnitū-  
tē ex oculi. mart̄m p̄ce.  
¶ **C**irca diūmācōem  
Processus. Ex p̄p̄t. Proces-  
sus. Rector.

On  
licet  
at. Ap̄ter  
segetes.  
nunquid  
ergo hic  
rep̄hendi-  
tur astro-  
nomiā  
p̄p̄t. sc̄iatis v̄cūtūs  
at. s. m. p̄dīcūt  
atq; in  
cultores suos p̄dīcūt  
autētūtatis amit-  
tant. id agūt vt inter p̄tib⁹ suis signoꝝ  
q; suoꝝ die etorib⁹ cu lpa tribuar̄ qn ipi-  
mali decepti fuerint vel metti. Nō om̄q; q  
vello ip̄sī maliḡm spūs et illusōres hom̄  
atq; in uasōres salutis corꝝ solēt p̄dice-  
re delectū culture sue et p̄doloz ruīnam  
quatūmis p̄scī vīdeātur qd in singlis re-  
gīnis à locis vētūrūs et qd aduerſi sue fa-  
ctōm dītingere possit. qd etiā illi q gēnū  
histōrias legūt nō ignorāt. Quid ergo  
mirā si iam mininētē tēploꝝ q simulatio

**Farbkarte #13**

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

B.I.G.

Centimetres

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Green

Cyan

Blue

Inches

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

SOLO FAVENTE DEO  
**SIGISMUNDUS**  
FINCKELTHAUS  
U. J. D. & Facultatis Juridicæ  
**ORDINARIUS.**

Lectori benevolo, cum debitâ honoris præfatione,  
salutem precatur.

*Anno reparatae salutis M. DC. XXXVI.*

*L I P S I Æ,*

---

Typis hæred. FRIDERICI LANCKISCH.

